

# PALAEESTRA LATINA

## SUMMARIUM

- Auditel Romae compita personant! SARMIENTO  
De «cum» conjunctivi natura JIMÉNEZ  
De quibusdam novis vocabulis  
in Latinum inducendis AVENARIUS  
Commercium epistulare  
Lucretiana 1950 ORTH  
Nova et Vetera MIR  
Bibliographia TRISTANIUS  
RAMOS  
SARMIENTO

*Index rerum auctorumque*

*Ordinarii et Superiorum licentia*



# *Audite! Romae compita personant!*

*Audite! Romae compita personant!  
Ubique clamor tollitur aureus  
Laetantium, septem resultans  
Collibus atque jugo comanti.  
  
In Urbe cives cernite plurimos ·  
Totius orbis moribus exteris,  
Quos longa diversos reportat  
Sēmita vestigiis cruentis.  
  
Hispanus acer doctus in asperis  
Gaudere rebus jubila concrepat,  
Gestire miratur novasque  
Laetitiae renovare causas.  
  
Quicumque currunt occidui soli  
Laeti remotis partibus hospitae ,  
Unum gerentes corde votum  
Nexibus et fidei revincti  
  
Adsunt et almae disolor insimul  
Urbis pererrat strata, sonantibus  
Disparibus linguis modisque  
Orta plagis suboles sub afri.  
  
Nec non globatur clara cobortibus  
Advecta multis progenies locis:  
Mens una cunctis, vultus idem,  
Intimiore repleta motu.  
  
Miri quid omen nunc parat exitus?  
Quis sensus alte gentibus insidet?  
Quacumque produnt inminentis  
Augurium monitumque facti.  
  
Sidus frequentes en populi novum  
Celsae refusum lumine gloriae,  
Sudum per inmensum coruscans,  
Conspicuum reserare quaerunt.  
  
Templi sub ampli tegmine curritur;  
Funale splendet per laquearia;  
Densatur hinc et hinc caterva  
Cernere tale novum parata.*

*Labant sacratae vocibus insolis  
Aedes vel ingens non numerabiles  
Servare cives Aula nequit  
Arcibus edita Vaticanis.  
  
Adstare credas agmina caelitum,  
Afflare Sancti flamina Spiritus,  
Qui pectus instillat dissertum  
Mentis et ima movet fidelis.  
  
Demum profuso ducta silentio  
Voices virorum et murmura concidunt;  
Altaque sublimis cathedra  
Ore venit placido Sacerdos.  
  
Perstringit aures tum litui sonus  
Repente lapsus per vacuum tholi;  
Clangor repercussus per orbem  
Corda quatit generosa fratrum.  
  
Latas en oras per liquidum aethera  
Pernice fertur fulgure nuntium;  
Veloque subtracto nitescet  
Conspicienda Suis imago.  
  
Omnis relecto perstrepit angulus;  
Se quisque proum proicit ilicet  
Anhelituque plaudit reciso  
Patris et ora verendi adorat.  
  
Demissa deflet victa superbia,  
Livor minuto vertice perfurit,  
Intaminato surgit aevo  
Victima jam furiantis hostis.  
  
Jesu triumphet casta Sodalitas,  
Divi Propago pectore gestiat,  
Concredito claret decore  
Sanctus in orbe poloque Claret.*

RAYMUNDUS SARMIENTO, C. M. F.

Bonis Auris, in Argentina,  
die 31 m. aprilis a. 1950

El mejor guía del Bachiller en el estudio del Latín  
se lo ofrece a Vd. la EDITORIAL SPES en su

# **Diccionario ilustrado Latino - Español y Español - Latino**

728 páginas, 55 pesetas, 3.<sup>a</sup> edición, revisada y ampliada  
por el Cuerpo de Redactores de PALAESTRA LATINA

---

La Dirección de **PALAESTRA LATINA, Conde, 2, BARBASTRO** (Huesca) se lo ofrecen a Vd. con el siguiente descuento:

1 a 10 ejemplares: 15 por ciento      20 ejemplares: 25 por ciento

*El número 123, extraordinario dedicado a la Canonización de S. Antonio*

*Maria Claret, aparecerá en breve*

# TEXTOS PALAESTRA

## Edición de texto y comentario escolar

Primer curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 1. <sup>º</sup> (2. <sup>a</sup> edición)	12 ptas.
	»	Historiae Sacrae Compendium (3. <sup>a</sup> edic.)	5 »
Segundo curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 2. <sup>º</sup> (2. <sup>a</sup> edición) ( <i>en prensa</i> )	
	»	Repetitorium (Libro de prácticas)	15 »
Tercer curso	»	Epitome Historiae Graecae (4. <sup>a</sup> edición)	6 »
	<i>Jiménez,</i>	Latín 3. <sup>º</sup> ( <i>en preparación</i> )	
Cuarto curso	<i>Ramos,</i>	Corneli Nepotis Vitae	5 »
	<i>Mir,</i>	Ciceronis Epistulae Selectae	4 »
Quinto curso	<i>Jiménez,</i>	Latín 4. <sup>º</sup> ( <i>en preparación</i> )	
	»	Caesaris de Bello Civili, 2. <sup>a</sup> edic.	6 »
Sexto y séptimo curso	»	Ciceronis pro Archia poëta	4 »
	»	Ciceronis in Catilinam	4 »
	<i>Jiménez,</i>	Latín 5. <sup>º</sup> ( <i>en preparación</i> )	
	<i>Martija,</i>	Vergili Aeneidos (libro 2. <sup>º</sup> )	6 »
	<i>Mesa,</i>	Sallusti de Conjuratione Catilinae	6 »
	<i>Mir,</i>	Nova et Vetera (método directo del latín)	20 »
	<i>Planque-Planas,</i>	Gramática Griega	36 »
	<i>Jiménez,</i>	De Orthographia Latina	6 »
	<i>Martija,</i>	Prudenti Carmina Selecta (2. <sup>a</sup> edición)	5 »
	<i>Sarmiento,</i>	Martialis Epigrammata	4 »
	<i>Mesa,</i>	Titi Livi Historiae Selectae	8 »
	<i>Zuluaga,</i>	Horati Carmina Selecta	6 »
	<i>Ruiz,</i>	Homeri Odyssea (Primer canto)	10 »
	<i>Ramos,</i>	Xenophontis Anabasis (Primer libro)	12 »

## Edición de sólo texto

Ciceronis Epistulae . . . :	2 ptas.
Ciceronis in Catalinam. . .	2 »
Ciceronis pro Archia . . .	2 »
C. Nepotis Vitae . . .	2 »
Sallusti de Catilinae Conjuratione	3 »
Titi Livi Historiae . . .	3 »
Vergili Aeneidos (lib. II) . . .	3 »
Horati Carmina . . .	3 »

# CLÁSICOS "LABOR"

Esta Colección constituye el guía obligado en la lectura y estudio de los grandes clásicos de la Antigüedad y de las Literaturas modernas. Cada volumen contiene un estudio magistral acerca de uno de los grandes autores y una selección de los textos más bellos y representativos de sus obras, facilitando con oportunos comentarios la perfecta asimilación de su contenido ideológico y su plena fruición estética.

Volúmenes de 250 a 300 páginas, tamaño manual (11,5 x 17,5), encuadrados a la holandesa, con sobrecubierta a dos tintas y un retrato del autor estudiado, impreso sobre papel couché.

## VOLÚMENES PUBLICADOS

1. HOMERO, por J. M. PABÓN, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 28 —
2. VIRGILIO, por J. de ECHAVE-SUSTAETA, Catedrático de Lengua y Literatura latina. Ptas. 32. —
4. BALTASAR GRACIAN, por J. GARCÍA LÓPEZ, Catedrático de Lengua y Literatura española. Ptas. 30. —
5. SÉNECA, por J. F. YELA, Catedrático de Filosofía en la Universidad Central. Ptas. 30. —
6. DEMÓSTENES, por M. FERNÁNDEZ GALIANO, Catedrático de Lengua y Literatura griega en la Universidad Central. Ptas. 32. —

## NUEVOS TOMOS EN PRENSA Y EN PREPARACIÓN

**EDITORIAL LABOR, S. A.**

MADRID: Alcalá, 144

BARCELONA: Ronda Universidad, 23

# FOTOGRÁBADOS

# CLARA

IGUALADA, 6 (GRACIA) · TELEFONO, 27·69·35

# BARCELONA

Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuñtiantibus referetis

# De «cum» conjunctivi natura

## III. — De usu «cum» conjunctivi

1. Prius jam in PALAESTRA LATINA (1) de «cum» conjunctivi origine sensuque egimus; nunc demum de ejusdem sensu —re quidem valde implicata et in qua auctores acriter inter se decertant (2)— agere constitui.

2. Atque placet imprimis nonnulla proferre exempla quibus pateat triplex usus hujus conjunctionis.

a) «*Cum* adhibetur in modo indicativo:

Cic. *Inv.* 1, 2, 2: Fuit quoddam tempus, cum in agris homines passim bestiarum more *vagabantur*.

Cic. *Phil.* 1, 15, 36: Cum adesse non licebat, aderant tamen.

Cic. *pro Rosc. Am.* 18, 50: Accusator esses ridiculus, si illis temporibus natus essem, cum ab aratro arcessebantur qui consules fierent.

b) «*Cum* adhibetur in modo subjunctivo:

Cic. *pro Rosc. Com.* 12, 33: Accepit... agrum temporibus eis cum jacerent pretia praeditorum.

Cic. *Tusc.* 2, 53: Marius cum secaretur, voluit se alligari.

Cic. *Att.* 2, 15, 3: Cum haec maxime scriberem, ecce tibi Sebosus.

c) «*Cum* adhibetur cum infinitivo:

Liv. 2, 27, 1: Romanus promissa fidemque senatus exspectabat, cum Appius... quam asperime poterat jus creditis pecuniis dicere.

Liv. 3, 37, 5: Id modo plebes agitabat, quoniam modo tribuniciam potestatem... repararent, cum interim mentio comitiorum nulla fieri.

Liv. 4, 51, 4: Jacere tam diu irritas actiones, cum interim... legem confestim exerceri.

SALL. *Jug.* 98, 2: Jamque dies consumptus erat, cum tamen barbari nihil remittere, atque acris... instare.

FLOR. 3, 11, 8: Itaque vixdum venerat Carrus, cum undique praefecti regis ostendere signa.

En triplicem usum «cum» conjunctivi. Adhibetur vel modo infinitivo, vel modo subjunctivo vel modo indicativo.

3. De usu modi infinitivi paucis persolvam; nam haec constructio potius quam grammaticalis et logica videtur psycologica, et ad alias refertur, praesertim ad «cum» cum indicativo. Accidit enim ut mens, eventu quodam aut affectu agitata, non nisi ad actionem ipsam, nequaquam ad personam, nec ad tempus, nec ad modum, attendat. Jam vero actio ipsa, nondum per tempora, personas vel modos finita, exprimitur *in-finitivo* modo, quae saepe dicitur forma verborum nominalis. Unde, in his adjunctis, nihil prohibet quominus propositiones, quae vi sua grammatical modo indicativo aut subjunctivo exprimi oportebat, apud historicos praecipue modo infinitivo expressas inveniamus (3).

(1) Cfr. PAL. LAT. n. 117, pp. 67-69; n. 120, pp. 139-143.

(2) TOVAR, *Sintaxis*, Madrid 1946, p. 218: «Su construcción con subj. presenta una cuestión de orígenes muy complicada».

(3) Cfr. BASSOLS, *Sintaxis histórica de la lengua latina*, t. 1º, Barcelona 1945, pp. 13-26: «Desajustes entre las categorías lógicas y psicológicas»; C. BALLY, *El lenguaje y la vida*, Ed. Losada, Buenos

4. Praetereunte igitur *«cum»* infinitivo modo usurpatum, quaestio fit tantum de usu *«cum»* conjunctivi cum indicativo et subjunctivo. Cur et quando unum praeter alium usum adhibebimus?

Haec sunt nonnullorum grammaticorum responsa:

RIEMANN: a) «*Cum* temporel est toujours construit avec l'indicatif jusqu'à l'époque de Lucilius.

b) A l'époque classique, *cum* marquant simplement un *rapport de temps...* se construit régulièrement avec les divers temps de l'*indicatif*.

c) *Cum* employé dans un récit pour marquer l'enchaînement des événements.. se construit avec l'*imparfait ou plus-que-partait du subjunctif*. (4).

ZENONI: a) «*Cum*, coll'indicativo:

1) nel senso temporale di «allora che, quando, nel tempo in cui...»

2) nel senso di «quand'ecco o che».

3) nel senso di «mentre intanto, e frattanto».

4) nel senso di «in quanto (che), appunto perchè, per questo che, posto che».

b) *Cum*, coll congiuntivo:

1) nel significato causale.

2) nelle narrazioni, quando si vuol far notare non già il tempo como tale, ma il sequito e la connessione degli avvenimenti.

3) nel senso concessivo di «sebbene, mentre».

4) nel senso avversativo di «mentre, laddove, dove all'incontro». (5).

ECHAURI: a) «*Cum*, con indicativo:

1) el *cum* propiamente temporal.

2) el *cum* inversum.

b) *Cum*, con subjuntivo.

1) el *cum* historicum o narrativo.

2) el *cum* causal, concesivo, adversativo-comparativo. (6).

LLOBERA: 1) «*Oratio temporalis* indicativo effertur, si dumtaxat tempus exprimitur (7).

2) *Cum* seriem factorum in narratione conectens (*como*), jungitur cum imperfecto et plusquamperfecto subjunctivi. (8).

TOVAR: «La situación que a continuación exponemos sobre el modo en las oraciones con *cum* puede resumirse diciendo que con valor puramente temporal *cum* va con ind., mientras que tenemos el subj. cuando *cum* adquiere un matiz causal». (9).

Aires 1947, pp. 123-171: «La afectividad en la expresión lingüística»; TOVAR, *Sintaxis*, Madrid 1946, p. 147: El infinitivo histórico es seguramente en su origen asunto discutidísimo, (v. KROLL pp. 67 y sgs., M. SCHUSTER *Festachriff Kretschmer*, pp. 224-243, en favor de la tesis de KRETSCHMER, que es la que aceptamos, con HOFFMANN *Umganspr.* p. 50); PERRONET REL 9-1931 pp. 233-36 y *L'inf. de narration*, Paris, Belles Lettres 1932, aplica a dicha tesis un estudio estilístico; nuevo material y una clasificación en CAVALLIN *Gl.* 25-1936 pp. 57-65; MFILLET-VENDRIES § 874 lo comparan, acertadamente, a casos semejantes en céltico; una frase nominal, que aparece en lugar del tiempo verbal, como abreviación en los momentos más movidos o emotivos de la narración: «la impulsividad produce lo informe» (SCHUSTER) Es una fórmula impresionista (HAVERS *Handbuch der erklärenden Syntax* .., Heidelberg 1931).

(4) RIEMANN, *Syntaxi Latina*, París, Klincksieck 1942, p. 421-422.

(5) ZENONI, *La Sintassi Latina*, Venezia 1932, p. 298-300.

(6) ECHAURI, *Lengua Latina*, vol. II, Madrid 1945, p. 253-256; cfr. CEJADOR FRAUCA, *La Lengua Latina*, t. 3.º, Madrid 1926, p. 94-95; GUILLÉN, *Gramática Latina*, Salamanca, Ed. Sigüeme, 1947, p. 296-297.

(7) LLOBERA, *Grammatica Classicae Latinitatis*, Barcinone 1920, p. 321.

(8) ID., op. cit. p. 336.

(9) TOVAR, *Sintaxis*, Madrid 1946, p. 219.

5. Sed quamvis grammaticorum doctrina convenire videatur, classico-rum usus aliquotiens videtur alius, cum revera exempla nonnulla appareant orationum *temporalium* quae *subjunctivo* modo proponuntur, nonnulla quoque inter se simillima quae *vel indicativo vel subjunctivo*, discrimine nullo intercedente; immo in una eademque propositione utrumque modum usitatum invenies. Sint exempla.

1) «*Cum*» *temporale, supposito subjunctivo:*

Cic. *Pro Rosc. Com.* 12, 33: *Accepit... agrum temporibus eius, cum jacerent pretia praeditorum.*

Cic. *ad Q. fr.* 3, 1, 5: *Cum hanc jam epistulam complicarem, tabellaris a vobis venerunt.*

Cic. *Inv.* 1, 2: *Illucescit aliquando dies, cum tu amicissimi benevolentiam desideres.*

Cic. *Mur.* 8: *Neque enim, si tibi tum cum peteres consulatum adfui, nunc, cum Murenam ipsum petas, adjutor esse debeo.*

Caes. B. G. 2, 36, 3: *Haec cum agerentur, nuntii praemissi ab rege Juba venerunt.*

Ver. *Ecl.* 8, 7: *En erit unquam || ille dies, mihi cum liceat tua dicere facta?*

2) «*Cum*» *concessivum, subjecto indicativo:*

Cic. *F.* 11, 16, 2: *Hoc cum populus Romanus meminit, me ipsum non meminisse turpissimum est*

Cic. *Phil.* 1, 15, 36: *Cum adesse non licebat, aderant tamen.*

Cic. *In Cat.* 1, 8, 21: *De te, Catilina, cum tacent, clamant.*

3) «*Cum*» *indic. vel subj. sine discrimine:*

Cic. *L. agr.* 2, 200: *cum petebam consulatum.*

Cic. *De or.* 1, 112: *cum peterem magistratum.*

Cic. *Inv.* 1, 2, 2: *Fuit quoddam tempus, cum in agris homines. . vagabantur.*

Cic. *De or.* 1, 1, 1: *Fuit tempus illud, cum arbitrarer.*

Cic. *Ad fam.* 7, 28, 1: *Memini... cum mihi disipere videbare.*

Cic. *Ad Q. fr.* 2, 10, 2: *Memini... cum hominem portarem.*

Cic. *Mur.* 8: *Cum peteres consulatum affui.*

Cic. *De orat.* 1, 24, 112: *Cum petebam consulatum.*

Cic. *Tusc.* 2, 35: *Cum varices secabantur Mario, dolebat.*

Cic. *Tusc.* 2, 53: *Marius, cum se caretur, vetuit se alligari.*

Cic. *Ad fam.* 12, 6, 2: *Res, cum haec scribebam, erat in extremum adducta.*

Cic. *Ad Att.* 2, 15, 3: *Cum haec maxime scriberem, ecce tibi Sebosus.*

Cic. *De or.* 3, 23, 87: *Dies et noctes virum summa virtute videbamus, philosopho cum operam daret, Q. Tuberonem...*

Ov. *Met.* 14, 181-182: *Vidi, cum monte revulso || immanem scopulum medias permisit in undas.*

Cic. *Ad fam.* 15, 14, 1: *Multi anni sunt, cum ille in meo aere est.*

Caes. B. G. 6, 24, 1: *Fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent.*

4) «*Cum*», *indicativo supposito et subjunctivo in una eademque propositione:*

Cic. *De lege agr.* 2, 24, 64: *Tum cum haberet haec res publica Luscinos, Catalinos, Acidinos... et tum cum erant Catones, Phili, Laelii...*

10) TOVAR, op. c., p. 220 cum agit de *cum* iterativo: Con subj., ait, va *cum* indicando especialmente acción repetida, y aun para este sentido el subj. es cosa clásica, no existente en lat. arc. En los mismos clásicos este subj. no es corriente, y así, predomina el ind. en Cic. y Cés., y sólo hallamos el subj. en los escritos menos limados del primero. En Nep. predomina la constr. con subj., y en latín argénteo se generaliza. — RIEMANN quoque, postquam doctrinam Gardner Hale tradidit, haec addit: «Il faut ajouter toutefois que souvent le sens permet aussi bien l'une que l'autre construction».

Cic, *Mur.* 8. Neque, si tibi tum, cum petes consulatum adfui, nunc, cum Murenam ipsum petis (alii petas), adjutor eodem pacto esse debeo.

Cic *P. Planc.* 64-65: Sic tum existimabam, nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui... At ego, cum casu diebus itineris faciendi causa, decadens ex provincia, Puteolos forte venissem, cum plurimi et lautissimi in his locis solent esse, concidi paene, judices, cum ex me quidam quaeisset quo die Roma exissem et num quidnam esset novi.

6. Quae cum ita sint, quid sentiendum de grammaticorum regulis antea allatis? Vim tantum relativam in eas contineri et ad primum forte utiles; sed veram rationem rei et explicationem, ut ita dicam, antinomiarum superiorum exemplorum apud clarissimum Bassols inveni:

• La conjunción *cum*, de uso tan frecuente en latín, se construía todavía en Plauto con indicativo; es perfectamente lógico, pues el verbo no tenía ningún matiz modal... Pero a pesar de ello, como las oraciones formuladas con *cum* se hallaban en relación de dependencia con respecto al verbo de la principal, poco a poco fué imponiéndose el uso del subj., ya que, como hemos indicado, se había convertido esta forma verbal en instrumento de subordinación por excelencia. Claro está que, en este caso concreto, la evolución que acabamos de reseñar se vió probablemente alejada por influencia de las oraciones de relativo, pues *cum* o *quom* no es otra cosa que una forma de un pronombre relativo convertida en conjunción. En correlación con esta identidad etimológica merece destacarse que *cum* al igual que los relativos se construye con subj. cuando tiene un valor causal o consecutivo; en cambio ofrece una mayor resistencia a aceptar este modo cuando se usa con una acepción estrictamente temporal (11).

7. Unde haec videtur ratio et historia indicativi et subjunctivi in propositionibus «*cum*» conjunctivi:

1) Prima aetate Latinarum litterarum orationes potius per parataxim quam per hypotaxim sociabantur, ideoque «*cum*» modo indicativo vel subjunctivo apparebat, prout de *facto historico* (ut in se est) vel *psycologico* (ut est in mente scriptoris quatenus possibile, optabile, probabile, cet.).

2) Sed postea modus subj. fit modus communior ad hypotacticas propositiones exprimendas, et tunc quod Pl. ex. gr. per indicativum expressit (Dic: quis emit. *Mercator* 620. Quaeras: quis fuit. *Persa* 638), ad modum subj. transit (Dic, quis emat. Quaeras, quis fuerit). Ideoque *cum*, quo ad orationes hypotacticas utimur, ex mera subordinatione subjunctivum secum fert.

3) Praeterea quandoque fit etiam ratione attractionis, cum videlicet «*cum*», ab alio subj. pendet.

4) Si vero tempus seu momentum actionis exprimi oportet, quod directe *facto historico* per se conjungitur, tum notio subordinationis sufficitur «realitati facti temporanei», et «*cum*» indicativo modo adhibetur.

Exemplorum sive concordantia sive discrepantia ex his notulis facile et aperte explicari poterit.

JOSEPHUS JIMÉNEZ DELGADO, C. M. F.

---

(11) BASSOLS, *Sintaxis bistr. de la lengua latina*, t. 2º, Barcelona, 1948, p. 439.

# De quibusdam novis vocabulis in Latinum inducendis

(cfr. fasc. 122, p. 184)

DE COMMERCIO NOSTRO EPISTULARI. — Et haec quidem habebam quae ad commercium epistulare fasciculi 108 dicenda viderentur. In fasciculis proximis, qui sunt 109, 110, 111, 112 nihil invenio meum, ut respondere debeam; in fasciculo 113 suspicor aliquid litterarum nostrarum esse, sed is nondum mihi redditus est. Pauca igitur accipe ad binas litteras, quas ad me dederas IV et III kal. nov. Hic primum te amo pro illa liberalitate tua; et iterum iterumque tibi gratias ago, quod illum perditum jam thesaurum tam celeriter perisse non es passus. Quod jam alias tibi a me est significatum; ad manum mihi hodie sunt fasciculi a primo ad trigesimum quintum, uno collecti integramento, et soluti adhuc fasciculi a 53 ad 114; solo 113 — ideo certe, quod praefanda, quae numero sint tredecima —, excepto, quem tamen exspecto. Neque sic tam accurate expono in quaestione mihi etiam nunc esse fasciculos a 36 ad 52 (omnino fasciculi sexdecim) ut ad illos pluteos properes per vestigans, cum adhuc dulce ridentes sperem ex illa cista reverso mihi ad Sylvae Bohemiae Bavariae declivia. Reddita etiam illa folia sunt; quibus pictarum, rerum descriptiones exhibentur et opportuna vocabula. Geretur tibi mos a me, cum primum potuero illa examinare omnia et, si quid videro, adnotare.

QUOD LOQUENDI GENUS UTENDUM. — Et hoc jam generatim habe, quod sum dicturus: Mihi probabuntur omnia quae illis orta sint principiis, quae supra ipse edixi. Neque habeo cur causer, si quis ejusdem rei alterum et tertium idoneum ad intelligendum nomen usurpaverit, internationale legitime; productum, cum illud tribunal nullum dum videam, quod mihi mea sensa meo more loquenti silentium imponat, praesertim si is quocum loquor facile arripiat, quae cogitem ego. Tam autem luculenter, tam ego perspicue non semel haec denunciavi, ut ea me taedeat nunc pluribus verbis iterare, neque id sit necessarium. Ego, quoad duco vitalem, qui huic terrae circumfunditur spiritum, a me ipso et ab iis, qui se Latinitatis amantes velint, sermonem postulo, filii Latini, non ejus fili, quod adeo barbarie crispatum jam et dissolutum erat, ut homines, fortunatores Musarum filii, saeculo quintodecimo linguam Latinam ab interitu vindicandam statuerint. Illum, inquam, sermonem Latinum discendum, eoque utendum puto, qui ditescens semper et accrescens lectione et imitatione scriptorum omnium quam proxime colorem duxerit Ciceronianae elegantiae, et puritatis. Idem ego dico, et ad finem usque vitae dicam; hanc linguae puritatem Latinae nequaquam obnubilari, si cum prudentia et moderatione vocabula admisceas vel legitimate et saepe exemplo linguarum ex Latina evolutarum derivata vel ex linguis omnium cultarum gentium in idem nomen conspirantibus petitum. Quod qui nobis concedere nolunt, qui suis malunt res offuscare cir-

cumscriptionibus, parricidarum loco hos ego habeo, quia linguae Latinae vitali motum, reliquis linguis concessum, tollunt, vel si minus libenter facinorosam parricidii vocem audis, similes illi castigatores videntur esse filiis, qui inclusa avia, quod decrepita esset aetate, domi, inter homines versentur, novarum cognitiones rerum et nova earundem rerum vocabula undique colligant, aviam tamen haec omnia consulto celent, ne alia, quam decrepita mulier sit, novi cultus humani quam maxime expers. Sicut contra verorum filiorum voluptas erit aviae suae cum cognitionibus novis nova nomina tradere rerum commoditates vitae spectantia, sic hominibus linguae antiquae studiosis cordi erit illam linguam ditare et evolvere. Sicut illa insanias avia, si novas rerum novarum cognoscendarum voces respuat, et suis trecentis vocabulis a majoribus acceptis novas notiones circumscribat, sic insaniamus nos, si recte facta aut internationalia vocabula, ubi antiqua vocum inopia laboremus, docte repudiemus.

His autem praeceptis meis caveri censeo, quod times in epistula: «ne sermo Latinus depereat cum suo colore et indole, novaque ex romanicis lingua exsurgat». A me et meis legibus sermo Latinus et ejus color ex imperitorum faucibus vindicantur.

SENTENTIA IN OPPOSITUM DUCTA. — Narro tibi quendam meum in religione fratrem, carissimum et suavissimum senem, Latine graeceque doctum, Ecclesiae deditissimum, nuper diem obisse supremum annis expletis septuaginta quinque. Similitudo studiorum alebat propensionem vicariam animorum, et annis duodecim iisdem continebamur muris. Is, quondam cum audisset ab eo ipso Arenario, cuius nuper in correctione odes Gorettianae meae mentionem feci, divinitus plane factum esse, ut sacras litteras et liturgiam non illa compatiore et profana lingua, sed populariore genere loquendi habeamus, quod fortasse etiam prius a me ipso audire potuit, tanto repente studio linguae ecclesiasticae exarsit, ut postremis annis vitae nihil antiquius habuerit, quam ut praedicaret, commendaret, propagaret latitudinem ecclesiasticam, hunc Latinae linguae florem esse, hanc neoclassicam, hanc oecumenicam latitudinem esse; neque quidquam non tentabat ut haec toti orbi terrarum bucinaret. Adiit eā, quae sanctorum hominum dicitur propria esse, pertinaciā, moderatores summos et medios Societatis Latinae, collegit ex ipsis sacrī liturgicisque codicibus oecumenicæ suae exempla haec: «responderunt, quia nemo nos conduxit», «dico tibi, quia tu es Petrus», «precor, fratres, vos orare pro me», «orate ut non intretis in temptationem», sexcenta alia id genus. Quosdam ad suam sententiam perduxit, alios, utpote qui semper meliora in aliis exspectans sibi faventia facilius crederet, sibi ad se perduxisse videbatur, alios habuit adversarios, quorum unum ex acerbioribus me ipsum. Quinam eum velle interpretationes nimium ad verbum factas et tot contaminatas barbarismis, unice ex liturgicis textis petitas, perfectiorem formam, quia evolutiorem, linguae Latinae? Cur eum illas leges grammaticas quas hodie contracto studii tempore

aegre jam cerebris alumnorum imprimemeremus, hac nova farragine interturbare atque suffocare? Nunc audio hoc ab illo impetratum esse ut quidam ab eo scriptus syllabus regularum neoclassicae seu oecumenicae typis mandetur, eumque syllabum appendicem fore grammaticarum linguae palaeoclassicae, unde tirones humanitatis hauriant neoclassicas proprietates. Haec autem idcirco hic tetigi, quod in epistula diei 29 novembris legi te in dissertationem incidisse Georgii Lurtii, doctoris, quale esset eligendum dicendi Latine genus, et illico hic sentire visus sum actionem illam oecumenicam, teque certiorem volebam mihi illam actionem odiosam esse, me in liturgicis libris videre Latinitatem variam et variis ortam temporibus, non displicere tamen illam appendicem, rem similem atque in nonnullis grammaticis linguae Graecae effectam videamus, ubi, postquam toto libro Atticam dialectum didicimus, per appendices dialectos joniam, doricam, aeolicam docemur.

Romae.

ANDREAS AVENARIUS, S. V. D.

(sequar)

## Commercium epistulare

*Andreas Avenula S. V. D. clarissimo P. Joseph Mir, C. M. F., S. D.*

Puto interim meas te reversum Roma legisse litteras et lectis etiam indoluisse, quod hominem ipsum conveniendi occasio nulla fuisset. Nec vero me praeterit in illa rerum praeceptione non etiam iter instituere potuisse te ad hoc Verbi Divini Collegium. Et tamen vel sic inter nos salutare poteramus...

Inviserunt me postea cum Alexandro Raymundus in harum aedium amoena solitudine, sed non quam vellem diu. Invisit ante suum me discessum ab urbe Raymundus in palatio plateae Hispaniae attiguo, ubi ei ostendi officinam meam; ubi mihi reddidit fasciculum PALAESTRAE proxime editum, fasciculum 121, in quo libenter ego et reliqua vidi et partem epistulae, quae mea billardaria tueor, in quo mediusfidius non adeo gavisus deprehendi quae illic vel mihi ipsi vel hypothetae elapsa errata sunt, ut paginae 166 «quemvis... impactionem», ut illud paginae 169: «nam timendum erat, ne (Alexander) domi esset», ubi per se patet scribendum fuisse «ne domi non esset» vel «timendum erat, ut domi esset». Et verendum est, ne in futuro quoque sermone lector habeat, quae parum casta parumve logica grammaticae documenta admiretur; sed veniam daturum ultro censeo, si sciret, quibus temporis et quam multis particulis illa dactylogrammata nascerentur.

Sed post factam sermocinationem, ut cognoscas harum argumentum literarum, non sine dolore respondeo non posse me in praesentia rerum a me impetrare, aliquid ut scribam de sanctissimo Patre vestro Antonio, pontifice et confessore; nam Musa conticuit mea, lyra alte pendet, et soluta oratione

si scribere coepero, tam humilis in tritissima incedam orbita, ut non ferendus videar esse. Evolent aquilarum instar S. Antonii fortunatissimi filii suisque certatim scriptis ac laudibus Patrem Ducemque suum condecorent!

In prima tamen pagina ejus, quem supra dixi, fasciculi 121, idem de novo caelitum sidere est, quod memoria tenebam ex temporibus beatificationis ejus: novem postremis vitae annis divum Antonium Claretium vivum perpetuumque fuisse eucharistiae tabernaculum. Quantopere me mirari putas tantum viri privilegium, de quo privilegio paulo ante apud Annam Catharinam Emericiam, Dulmaeam vatem superioris saeculi, rursus legissem hoc privilegio ornatam fuisse Virginem Deiparam post Filii ad caelum redditum, et se accepisse divinitus hoc privilegium proprium Mariae esse neque cuiquam alteri concedi. Quam igitur magnus est, quem vos Congregationis vestrae patrem nominatis, quam etiam carus Filio Virginis et ipsi Virgini, si tantae praerogativae Marianae factus est particeps. Tantum Patrem quis vobis non invideat? quis non omnibus votis optet ut filii cursum teneant tam lucidi sideris? Vale.

Raymundus a me exiens me invitabat, ut in Hispaniam properarem ferratum; centum mihi istic Claretinorum domos patere hospitales. Quae pollitatio, etsi multo major est mea obscuritate, tamen me oblectavit. Saluta fortem adjutorem tuum —hunc enim suspicor eum futurum— meis verbis. Pridie Nonas Junias anni MCML.

*Weissenhornii, III kal. septembribus*

*Jos. M.<sup>a</sup> Mir C. M. F., P. A. Avenario S. V. D. sal. pl.*

Hanc epistulam loco ac die initio inscriptam volui, more a Romanis alieno, quo te forte in magnam movi admirationem. Nihilominus ita se habet, meque scito apud Bavaros tuos commorare ab iisque benignissimo recipi hospitio.

. Ac dum tu aestivis Urbis caloribus defatigaris nimiumque insudas, nos hic temperato foveatur caelo, leni aere, vespertino crepusculo producto quo suavius in noctis quietem ingrediamur eaque placidius fruamur.

Quid autem tibi de situ et amoenitate Collegii nostri narrem? Illud in primis opera et ingenio P. Alexandri exstructum esse memento —quod et gaudio tibi erit et probatae exstructionis rationem exhibebit—; quod quidem aliquantum ab urbe distat, quo hominum rerumque strepitus devitat atque quieta gaudet solitudine. Hic rusticam ac beatam vitam licet instituere simulque recreari dum boves prata pascentes vides; hic inter horti saepta florum maxima varietate omnis generis atque coloris circumdaris. Hic aestus diei solisque ardor, si quando te premunt in densa arborum umbra sedes atque quiescis, ubi pinii, abietes, fraxini, fagi, cupressi, tiliae, larices amice consonantur. Hic arborum fructus suaviter te allicient, quibus hoc anno adeo repleteae sunt ut vix rami gravia fructuum pondera sustinere possint atque ap-

positis stipitibus sustineri debeant: mala, pira, persica, pruna, avellanae, rhamni racemi ubique prostant, quorum, si placet, satur fieri poteris. Hic aves nidos conformant, inter quas merulas, sturnos, cardueles conspicies; testudinis quoque pernicitatem ac leporum conferre tibi licebit, qui inter pomarii saepa reconduntur ac non numquam hominum aspectui apparent; ac parum si progrediaris, inter vicina pineta capreas hinnulosque celerrime aufugientes videbis.

Multas praeterea a civibus tuis edidici praeclaras virtutes, quas avitis majoribus vestris Tacitus in Germania attribuit; in quibus primum, hospitiū quo «non alia gens effusius indulget» expertum habui; deinde certam probatamque fidem, quam sedulo conservant et amant, quae tamen a dissidentibus fratribus non adeo abhorret ut cum illis omne consortium renuant: nam fides neque armis neque prolatis tantum verbis atque contionibus fidelium mentibus est inhaerenda, sed intimo amore et operosa caritate, et, ut verba clarissimi viri persequar, id quidem omni contentione curandum, relictis tandem disputationibus: Quis nostrum Dominum Jesum ardentius diligit?... Eam autem fidem pietate nutrīunt erga Deum ac Beatam Virginem, quam intimo mentis studio colunt ut Matrem ac Dominām, confovent autem summa reverentia in iis quae ad Dei cultum spectant, ut manuum pia conjunctione dum orant, pedibus semper flexis dum sacrum altaris sacrificium offertur, illoque vocis ac spiritus ardore quo in liturgicis actibus concinunt omnes; roboratur tandem vera rerum divinarum comprehensione dum in schola quinque horae in hebdomada doctrinae christianaē tribuendae jubentur.

Neque alia desunt ex quibus in rerum natura, in moribus, in virtutibus magnam percepi voluptatem apud tuos cives commorans et quorum grata semper succurret memoria ut illa pia in vita functos observantia et pietas quae omnibus est nota.

Quid igitur de Germania ac Bavaria tua senserim perceptum habes? Te dum Roma tenet, patriae memento, meque hic et ubique tui memorem semper habeto. Vale.

Haec Weissenhornii in adversariis scripseram, cum ex itinere reversus epistulam tuam Kal. septembribus datam in mensa scriptoria invenio. Ergo et tu apud Bavaros tuos es commoratus? Id quidem et tibi et mihi gratissimum accidit.

Numerum 121 PALAESTRAE nostrarē iterum mittendum curabo, qui in via excidit profecto nam jam pridem ad te duo exemplaria fuerant missa. Cantilena de Silva Bohemica cum interpretatione tua Latina, ut primum suppetat, edetur. Iterum vale.

Barbastro, XI kal. octobres.

## Lucretiana 1950

Lectionum discrepantiis, quae intra codices Oblongum et Quadratum inveniuntur, permotus totum Lucretii carmen de rerum natura iterum examinavi ut perspicerem, uter codex manuscriptus majoris esset momenti atque auctoritatis. Quo judicio confecto evenit ut codicem *Quadratum* multo crebrius vestigia genuini textus Lucretii conservasse quam *Oblongum* putemus; propterea potius *Quadratus* fundamento omnium hujus poëtae editionum futurum esse debet. Multo plures lectiones illius codicis in textu ipso, neque solum in apparatu critico, ponantur oportet.

Ad Lucretii verba judicanda iis editionibus usus sum, quas H. Diels (Berolini 1923) et I. Martin (Teubneriana, Lipsiae 1934) composuerunt. Ad hujusmodi studium Lucretii accuratum codicum minime sufficiunt illae editiones, quas Alfred Ernout (Collection Budé, Parisiis 1942) et Cyrill Bailey (Oxford 1947) in lucem dederunt.

Lucretius ipse lingua Latina sui temporis loquens non scholae. sed vitae publicae poëma scripsit saepe antiquis verborum formis ornatum cotidianique sermonis floribus infectum, quod genus dicendi tironibus linguae Latinae neque fundamento neque exemplo exercitationum esse potest.

Emendationum mearum in textu Lucretii hoc loco rationem non redbo, quoniam hisce temporibus spatium in PALAESTRA LATINA me deficit. Quamquam firmissime declaro omnes, quae a me proponuntur novae lectiones auxilio librorum eorum explicari posse, quos R. Kühner, Stolz-Schmalz, Ernout-Meillet confecerunt adhibito quoque *Thesauro linguae Latinae* Monachi (Bavariae) scripto Lipsiaeque typis impresso. Nonnullae tamen conjecturae, quas brevi ante edidi, hac nova serie ex observationibus amplioribus corriguntur.

RAPHAEL KUEHNER: *Ausf. Grammatik der lateinischen Sprache* (Hannover 1912) 2 ed. = K

STOLZ-SCHMALZ: *Lateinische Grammatik* (Muenchen 1928, Monachi Bavariae) 5 ed. = St-Sch

ERNOUT-MEILLET: *Dictionnaire étymologique de la langue latine* (Paris 1939) 2 ed. = E-M

*Thesaurus linguae Latinae* (Lipsiae. in aedibus Teubneri) = THLL

### LIBER PRIMUS

70 virtutem animi confringere; (transposui). -104 *tibimet fingere*; cf. -102 *tutemet*. -161 *ec mare*; *mare* = ablatus K 1.329, 1; ad formam «*ec*» K 1.930 et Cicero *de leg.* III 9. -203 *materies quai*; *quai* = *quae* K 1. 81, 2 et 1.615, 3. -236 *natura reddita*; cf. 235 *refecta* 236 *reddita* 237 *reverti*; 236 *reddita* = *facta*. -276 *pontus*; est accusativus pluralis K 1.438 (cf. *χαλούς*); *ventus perfurit pontus* = *furit super pontus*; *pontus* = pluralis poëticus. -286 *turbidos*; *vetus forma nominativi singularis* K 1.738. -356 *possident* = conjunctivus *praesentis*

K 1.807. -366 *ast contra; ast* (pro: aut). -404 *persaepe ferae ore*; (ex: *ferae ore* = *feraore* = *ferare*). -442 *possident* cf. 356; *ie* = u palaeographice. -469 *aliud ferris aliud regionibus; ferris* = armis: E-M 352. -487 *videmur credere*. -527 *plenā... inani; plenā* = adverbium = ablativus modi (sc. plena ratione). -533 *nec frangi nec tundi*. -555 conceptum summum; «pervadere» conjungitur nudo accusativo, sine praepositione. -669 *et ec nihilo, «ec»* haplographia post «et» periit. -748 *consistere qui qui*; omnes codices tradunt: qui; scribendum «qui qui» = quolibet modo; qui = quo modo; altera pars «qui» haplographia periit; K 1.611, 6 et 619, 2. St-SCH 288, 289. -775 *suam quisque in coetud*; ad «quisque» intellige «res» ex 773; *quisque feminini* = generis K 1.621, 5; *coetud* = vetusta forma ablativi K 1.396. -780 *de emineat; «de»* adverbialiter, absolute et independenter adhibetur: TH. L. L. «de» p. 4.621; cf. *susque deque*; cf. *deorsum*. -801 *motud* = vetusta forma ablativi K 1.396. -804 *ec terra; t et c confunduntur*. -820 *flamina*; postulantur quattuor elementa eorumque mixturae; hoc in versu deest «aer» *flamina*: cf. *flamina' venti* 1.290, 6.135; *a* et *u* confunduntur. -829 *res quaepē*; syllaba -pe ideo periit, quod scriba illam formam «quaepē» non jam intellexerat; *quaepē* differt a forma «quaeque», quae ad «variae» minus commode quadrat; postulatur vox, qua incerte neque distincte numerus rerum indicetur. -884 *lapidid lapidem; lapidid* = vetusta forma ablativi desinens in -d. -919 *visu famulo*; cf. 3. 1035; 4. 1176. -971 *invalidis* = valde validis; inexprimit gradum intensionis; cf. *invaleo* = *être fort*; E-M 480 revocat ad lingua vulgarem; *inopimus, impinguis, insobrius, innoxius*. -1017 [*coetud materiarum; -ud*] = vetustus ablativus; cf. 1.775 = K 1.396. -1041 *aversa viarum*; Lucretius usurpat saepius pluralem «viarum» in versiculi fine. -1047 *principium rerum* = principiorum rerum: sententia ita construitur: fugai principiorum rerum spatiū tempusque largiri. -1058 *ac quae; c et t confunduntur*.

## LIBER SECUNDUS

-12 *praestante pavore; pavor* = excitatio, intensio, alacritas. -16 *videre* = vidēris. -45 *effugiunt... pavide* (= est adverbium). -46 *tempus lincunt; tempus (la tempe)* est figura rhetorica synecdochae; stat pro «fronte» in qua sedet mens. -158 *nec res semorabit; semoro* (1) est verbum separandi E-M 916-917; cf. «moro» apud Naevium, Pacuvium, Ennium. -205 *quantum in eis deorsum; eis* = flammis. -209 *cadere in terras stellas*; cf. 2.212 *in terras* = pluralis poēticus. -210 *sol etiam nebulae de vertice; nebula* = caelum nebulosum. -247 *quantum in eis*; cf. 2.205; *eis* = ponderibus. -249 *vera regione viai*. -356 *linguit humi; linguit* = naribus et ore aperto terram tangens lingua projecta. -434 *tactus enim factus... sensus*. -437 *at juvat ingrediens*. -468 *necessum* (sine copula «est»). -512 *non sunt ita, rebus redditia*. -514 *materias quoque*; pluralis ponitur propter «finitis figuris». -533 *fecundamne magis naturam cernis in illis?* -535 *genera esse in eo numerus que repleri; numerus* = accusativus pluralis (cf. καλούς); K 1.438.


EMIL ORTH

# NOVA ET VETERA

## VILLA HODIERNA

Hac nostra aetate omnibus, qui laboribus perficiendis aut negotiis perfungendis aut officinis ministrandis allaborant, aliquot feriarum dies impertiri mos est. Quo feriarum solacio et quiete Johannes Gundisalvius cum uxore Elisabetha —cum et ipsi magnum negotium gerant— quindecim dierum spatio perfrui constituerunt. Et urbis relicita continua permotione hominumque frequentia, in bellum litoris maritimi oppidulum — ubi villam exstructam habent omnibus commodis ornatam — convenerunt. Jamque ad villam saepto circummunitam confabulantes accedunt; quibus et ipsi in via consociamus; et data redditaque mutua salute, villaे structuram sic nobis Johannes enarrat:

«Janua ferrea ac biforis <sup>1</sup>, ut videtis, clausa est; est tamen appositum pulsabulum <sup>2</sup> electricum, quod ubi comprimus <sup>3</sup>, tintinnabulum <sup>4</sup> tinniet, aut, si vis electrica <sup>5</sup> desit, ansam <sup>6</sup> pulsabimus, et famula descendet claustrumque <sup>7</sup> januae clavi aperiet. Domus profecto haud magna, neque id opus; distęga <sup>8</sup> tamen. In fronte <sup>9</sup> sunt ostium, fenestrae —vitris <sup>10</sup> valvisque <sup>11</sup> munitae—, maenianum <sup>12</sup>, e quo in




campum, in mare laetus latusque patet prospectus <sup>13</sup>. Noctu domus ingressus electride <sup>14</sup> collustratur ope laternae <sup>14</sup> quae ostio imminet. Intrantibus ad laevam est cenatio <sup>15</sup>, ad dextram vero exēdra <sup>16</sup>: quae quidem commodissima sunt conclavia <sup>17</sup>. Cum vero majores nostri —narrat Johannes— summa essent religione ac pietate, juxta villam sacellum <sup>18</sup> seu capellam exstruxerunt, cui vestibulum <sup>19</sup> praefixum videtis. Totius aedificationis tecta multiplicis sunt generis, aliud nempe est deve-xum, <sup>20</sup> i. e. in unam tantum partem inclinatum, aliud pectenatum <sup>21</sup>, in duas; aliud vero testudinatum <sup>22</sup> vocatur seu in quattuor partes declive. Supra tectum fulmini-vōrum <sup>23</sup> —cui annexus est ventorum index <sup>24</sup>— prominet. Sacellum elatratam <sup>25</sup> habet fenestellam. Ante villam viridarium, floribus varii coloris consitum, protenditur; pone vero est hortus ac locus arboribus plantatus, ubi aestivo tempore jucundum est conquiescere».



Ubi autem exteriores villaes partes et conformatio[n]em Johannes nobis explicavit, exedram ingressi sumus, ubi Dna. Elisabetha benigne nos exceptit atque, ut assideremus, comiter invitavit. Deinde sic illa:

«Ad exedrae parietem tabulae pictae<sup>26</sup> pendent: aliae sunt udo illitis coloribus<sup>27</sup>, aliae aquatis<sup>28</sup> aut dilutis coloribus oleo<sup>29</sup> depictae; in fronte generis nostri insigne<sup>30</sup> et parentum photographia prostat; majorum vero atque clarorum viorum sigilla<sup>31</sup>, imagines, hermae<sup>32</sup> in angulis reconduntur; neque mensile<sup>33</sup> deest horologium. Ut autem jucundior reddatur commoratio, hiemali tempore, focus seu caminus incenditur, quo totum cubiculum calefit. Saepe propinquitate aut amicitia nobiscum devincti in villam, nos invisiendi gratia, conveniunt, quibuscum juxta mensam in bisellio<sup>34</sup>, in arciselliis,<sup>35</sup> in cathedris<sup>36</sup> assidentes, amice confabulamur. Mensae vas florale<sup>37</sup> cum venustis fragrantibusque floribus superstat, album —in quo totius familiae photographiae continentur—, folium diurnum<sup>38</sup> cum quibusdam ephemeredibus, cinerarium<sup>39</sup> —in quo cineres caudiculasque<sup>40</sup> e convolvulis fumatoriis<sup>41</sup> fumantes<sup>42</sup> deponunt— ocularia<sup>43</sup> tandem aviae, quibus ad legendum uti-tur. Aliquando cum amiciis hic cafēum<sup>44</sup> sumimus, quod coquinaria in gemellari cafeario<sup>45</sup> deferens, potionem in pocillis<sup>46</sup> infert».

Postquam exedram conspeximus, superiorum



ascendimus contignationem, in qua sunt cubicula. Portam aperit Dna. Elisabetha et bellum atque conuolissimum cubiculum cum omnibus ornamentis<sup>47</sup>, quibus opus est, prae oculis apparet. In medio stat lectus; quem famula cubicularia<sup>48</sup> conposuit, deinde linteamin<sup>49</sup> toro<sup>50</sup> imposuit, vestes stragulas<sup>51</sup> et operitorium<sup>52</sup> instravit, et, cum acrior erit frigoris vis, plumarium<sup>53</sup> super addet. Juxta est mensula cubicularia<sup>54</sup>, ubi calcei, peniculi, matula<sup>55</sup>, cet., recondi solent; huic imposita est lucerna<sup>56</sup> cum radiaculo<sup>57</sup>, quae, si epistomium<sup>58</sup> comprimamus, collustratur. Elegans lychnuchus<sup>59</sup>, pluribus lampadibus<sup>60</sup> instructus, e tecto pendet. Crux sancta supra lectum imminet. Ne frigidum pavimentum corpori noceat, teges<sup>61</sup> sternitur, in qua pedes deponantur. Ad parietem armarium lintearium seu vestiarium<sup>62</sup>, ubi vestes recondantur et a pulvere et tinea<sup>63</sup> vindicentur, perstat. Saepe juxta cubiculum mensa comatoria<sup>64</sup> cum trulleo<sup>65</sup>, aquali<sup>66</sup>, sapone<sup>67</sup>, cet. apponi solet.

## VOCES

1 biforis, e, de dos batientes	33 mensilis, e, de mesa
2 pulsabulum, i, n., botón del timbre, pulsador	34 bisellum, ii, n., sofá
3 comprimere, apretar	35 arcisellum, ii, n., butaca
4 tintinnabulum, i, n., timbre	36 cathedra, ae, f., sillón
5 vis electrica, electrís, idis, f., electricidad	37 vas florale, jarrón
6 ansa, ae, f., picaporte	38 folium diurnum, diario, periódico
7 claustrum, i, n., sera, ae, cerradura	39 cinerarium, ii, n., cenícero
8 distegus, a, um, de dos pisos	40 caudicula, ae, f., colilla
9 frons, tis, m., frontispicio	41 convolvulus fumatorius, cigarrillo
10 vitrum, i, n., vidrio, cristal	42 fumans, tis, fumador
11 valva, ae, f., postigo, ventanillo	43 ocularia, orum, n. pl., anteojos
12 maenianum, i, n., balcón	44 cafēum, i, n., café
13 prospectus, us, m., vista, panorama	45 cafearium [gemellar], cafetera
14 laterna, ae, f., farol	46 pocillum, i, taza
15 cenatio, onis, f., comedor	47 ornamentum, i, n., mueble
16 exedra, ae, f., salón, sala de estar	48 [famula] cubicularia, doncella
17 conclave, is, n., habitación, cuarto, sala	49 linteamen, inis, n., sábana
18 sacellum, i, n., capilla	50 torus, i, m., colchón
19 vestibulum, i, n., vestíbulo	51 vestes stragulae, mantas
20 tectum devexum, tejado inclinado (en una sola dirección)	52 opertorium, ii, n., cobertor, cubrecamas
21 tectum pectenatum, peñín., tejado inclinado (en dos direcciones)	53 plumarium, ii, n., edredón
22 tectum testudinatum, tejado inclinado (en cuatro direcciones)	54 mensula cubicularia, mesita de noche
23 fulminivōrum, i, n., pararrayos	55 matula, ae, f., vaso de noche
24 ventorum index, veleta	56 lucerna, ae, f., lámpara
25 clatratus, a, um, enrejado	57 radiaculum, i, n., pantalla
26 tabula picta, cuadro	58 epistomium, ii, n., conmutador, perilla
27 tabula picta udo illitis coloribus, fresco	59 lychnuchus, i, m., araña
28 tabula p. aquatis coloribus, acuarela	60 lampas, adis, f., bombilla
29 tabula p. oleo dilutis coloribus, cuadro al óleo	61 teges, étis, f., alfombra
30 insigne generis, blasón de familia	62 armarium lintearium, armario, guardarropa
31 sigillum, i, n., estatuita	63 tinea, ae, f., polilla
32 hermae, arum, f. pl., busto	64 mensa comatoria, tocador
	65 trulleum, i, n., palangana
	66 aqualis, is, m., aguamanil
	67 sapo, onis, m., jabón

Jos. M.<sup>a</sup> MIR, C. M. F.

## Bibliographia

J. MAROUZEAU. — *L'Ordre des mots dans la phrase latine*. t. III. Les articulations de l'énoncé. Les Belles Lettres. Paris. 1949.

Nemo est mediocriter in litteris versatus qui ignoret quantum hisce nostris temporibus in intima linguae Latinae structura scriptores insudaverint. In his eminet profecto egregius Dr. Julius Marouzeau, vir acris judicil, qui totam aetatem maximamque operam in his litterarum Latinarum studiis insumpsit, stilisticam Latinam in primis sub stabili ac firmo fundamento constituens atque varium verborum ordinem in oratione perpendens.

Postquam in duobus prioribus voluminibus quaestiones, quae ad *nomina* (v. I) et *verba* (v. II), persecutus est, in hoc tertio volumine — sicut in illis — mentem scriptorum penetrat et quasi locutionis medullas inspicere videtur dum adverbia, praepositiones, conjunctiones sedulo scrutatur earumque quae in oratione obvenire possunt collocaciones: quas dum attente considerat, acre illud auctoris ingenium mirari oportet, quo ex allatis exemplis legem stabilem stilisticae constituit.

Postremum hujus voluminis cœput maximi est momenti, quod est de propositione deque verborum collocatione in ea. Plura ibi repetuntur simili ratione atque in stilistica ab Auctore proposita. Hoc tertio volumine tota de ordine vocabulorum in oratione investigatio finitur. Hisque profecto voluminibus, cum illo quod est de stilistica, quasi quoddam elaboratum, firmum, perspicuum orationis Latinae systema Dnus. Marouzeau conficit; quicumque ergo de stilistica latina peirtractare studuerint ad hunc nitidum fontem accedant oportet; et illis praeceptis, quae externam tantum linguae Latinae formam considerabant, addere opus erit novas quaestiones et studia, quae commentarii *Revue*

des études latines Moderator attento animo et perspectit et studiosis sedulo de-  
prompsit

G. GUILLAUME. — *L'Architectonique du temps dans les langues classiques*. — Munksgaard, Copenague, 1945.

Mirum inauditumque cum hujus opellae indicem seu titulum perlegeris, suspenso animo forte haerebis. Cum vero pagellas perlustraveris, sententiam non nihil mutabis; nam, etsi quaedam impervia et subobscura tradantur, in primis ex eo quod in grammatica nova ingerantur elementa eaque continuo cum architectura seu rerum dimensione comparentur, tamen plura sunt in quibus, si grammatici diligentius intentiusque investigent, cl. auctoris sententias facilis adhærebit. Allata praeclipe explicatio de verbis praesenti parentibus, ut latine *memini* et graece οἶδα (p. 28-29) perplacet atque illud subjunctivi Latini officium post conjunctiones — quae consecutionem significant (v. gr. *cum*) quaeque pro perfecto abhinentur (Cfr. pag. 39) —, cum altis ibi accurate pertractatis, digna sunt quae ab studio-sis diligenter recolantur.

A. PARIENTE. — *Estudios de Fonética y Morfología Latina*. Universidad de Salamanca, 1949.

ACTA SALAMANTICENSES, *jussu senatus Universitatis edita*, novo locupletantur opere eoque ponderosiore, quod quidem linguarum classicarum cultores attento animo ac sedula cura perlegent novas sententias eximii auctoris perscrutantes.

Dnus. enim A. Parlente, vir in his studiis, quae ad philologiam et phoneticam Latinam spectant, apprime versatus, plures ediderat elucubrationes in ephemerede Matritensi EMÉRITA; nunc autem alias profert, in quibus acri inge-  
nio validisque argumentis novas qua-

rumdam vocum notationes seu etymologias proponit.

En voces, quae disputantur: «La posición —per, totus, cella, carmen, germen, omen y otros casos de disimilación consonántica, violentus, la forma hemonem, omnis-nuncupo— caro, mas sobre porro, cur, ceteraque».

Hae tamen pagellae verae sunt atque succosae philologiae lectiones in quibus plurimae suscitantur de phonetica et philologia quaestiones, ac varias clarissimorum scriptorum sententias sollerter acuteque in utramque partem vertuntur aut refelluntur.

Saepe tamen —cum in iis quaestionibus maxima opus sit scientia ac prudencia —nonnulli scriptores, siue in philologia preclarci viri, ut Dnus. Marouzeau, ut subtiliore cura ac diligentia etymologias nuper allatas recognoscantur atque denuo investigentur prudenter suadent.

TRISTANIUS, C. M. F.

P. CORNELIUS TACITUS — *Annalium ab excessu Divi Augusti quae supersunt*. Edidit Harald Fuchs, II Volumina (I lib. I VI: pag. 252; II lib. XI-XVI: p. 249) — Huber et Co. A. G.—*Frauenfeld in Helvetia*.

PALAESTRAM LATINAM legentibus non ignota sunt quae et quanta in litteris Latinis Editiones Helveticae adlaborant. Series latina, quindecim jam libris composita, Ciceronis scripta aliqua (5. 6. 7. 11 et 15), Caesaris (1) Sallustii (3), Plinii (12, 14), Horatii (2), cet. scriptorum profert. Nuper vero, editione Annalium Cornelii Taciti augetur, quae mira ac dilucida typorum nitiditate et operis pulcritudine commendatur. Commentariis omnino vacua est, quo quidem minus alumnis idonea et apta fit.

Castigatissime textus Annalium stabilitur, notis quibusdam typographicis ab editore praemissis. Qua ratione et via cl. v. H. Fuchs hanc editionem apparaverit, H. Goelzer, G. Andresen, E. Koestermann et M. Lechantin de Gubernatis vestigia terens, parcitatem lectio-

num quandoque, menda semper fugiens, ipsem in capite appendicis criticae de clarare constituit, optimo quidem iudicio. In eadem appendice aliqua de arte critica studiosis proponit eaque, ut opinor, optima.

In orthographia, medium tenens viam inter C. Halm et E. Koestermann, sententiae Orelli, Andresen et Lechantin adhaeret, varias verborum formas «secundum ipsam codicum scripturam» exprimens, quippe qui inter se non concordes existant.

Utrumque volumen, indice nominum et rerum accuratissimo ditatum, tabulis aliquot clauditur, in quibus distincte origines praecipuorum virorum et feminarum notantur.

M. RAMOS, C. M. F.

BENVENUTO TERRACINI. — *Guida allo studio della Linguistica storica*. I. Profilo storico-critico. Edizioni dell'Ateneo. Roma, 1949. Pr. 1250 l.

Hoc. quod lectoribus PALAESTRAE LATINAE laeto quidem animo nuntiamus, opus primum est volumen temporis decursu edendi Corporis ad linguisticam discendam et comparandam. Primo volumine dilucide conspectus et delineamenta casusque tradit hujus scientiae jam inde ab incunabulis ad id usque aetatis nostraeque memoriae Labores et opera quoque narrantur Bopp, Meyer-Lübke, Whitney, Meillet, Crescini aliorumque, qui quidem duces ac parentes habentur hujus scientiae. Singulis capitibus accurata eaque integra adnectitur bibliographia, qua recensentur potiora hac de re scripta, quae notulis et animadversionibus in trutinam revocantur ac dilucidantur.

Totum opus claro dicendi genere exactum studioso evolvitur. Notandum est denique hoc volumine complecti et divulgari nonnulla hispanice olim edita a clariss. auctore, in Universitate Tucuman in Argentina sex annos Professore. Reliqua volumina ut quamprimum edantur speramus.

R. SARMIENTO, C. M. F.

**SPES — Diccionario Ilustrado Latino-Español Español-Latino.** Prólogo de D. Vicente García de Diego, de la Real Academia Española y del Instituto Cardenal Cisneros. Con un apéndice-resumen de Gramática Latina.

3.<sup>a</sup> edición revisada y ampliada con **LATIN ECLESIASTICO** por el cuerpo de redactores de **PALAEASTRA LATINA**.

Un volumen de 728 págs.: Ptas. 55.

**SPES — Diccionario Abreviado Latino-Español Español-Latino**, con ilustraciones, para los primeros cursos del Bachillerato.

Un volumen de 312 págs.: Ptas. 25.

**ECHAURI — Diccionario Manual Latino-Español Español-Latino.**

6.<sup>a</sup> edición corregida y ampliada.

Un volumen de 830 págs.: Ptas. 50.

**PABON-ECHAURI — Diccionario Griego-Español**, con lista alfabética de formas verbales y apéndice gramatical.

2.<sup>a</sup> edición corregida y ampliada.

Un volumen de 602 págs.: Ptas. 40.

---

**PUBLICACIONES Y EDICIONES SPES, S. A.**

**« EDITORIAL SPES »**

Avenida de Carlos I, 149

BARCELONA - 13

---


**Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis**

# **VINOS DE MISA**

## **DE MULLER, S. A.**

### **TARRAGONA**

Casa fundada en 1851



Medalla de Oro en la  
Exposición Vaticana de 1888 (S. S León XIII)  
Proveedores de Sus Santidades  
Pío X, Benedicto XV, Pío XI y Pío XII

### **Garantía de absoluta pureza**

**EXQUISITA CALIDAD**

Certificados del Excmo Sr. Arzobispo de  
Tarragona y de muchos otros Ilmos. Prelados

*Cum emetis, PALAESTRAM LATINAM nuntiantibus referetis*

# Index rerum auctorumque

1949. — N. 114 - 118 PALAESTRA LATINA 1950. — N. 119 - 124

## Bibliographia

1949. — V. García de Diego, *Orientaciones sobre el género en latín*, 414, 17. — Goosens G., *L'Art de l'Asie intérieur dans l'antiquité*, 116, 57. — L. A. Schökel S. J., *Introducción a la Poesía Moderna*, 115, 38. — Olives Santiago, *Bergues de las Casas, Helenista y Editor*, 115, 38. — María de los Angeles G. Mata, *Estilo*, 115, 39. — Capello J., *Sinteti Augustini Confessionum l. XIIII*, 115, 39. — L'Heureux J., *Vocabulaire Pratique lat.-franç.*, 115, 39. — Martínez de Baroja T., *El Calagurritano Poeta A. Prudencio*, 115, 39. — M. Bassols, *Sintaxis Histórica de la Lengua Latina*, T. II, 116, 55. — Jacques Perret, *Latin et culture*, 116, 56. — Basabe S. J., *Manual de Estilística Latina, Temas estilísticos*, T. I y III. *Temas de composición griega* 2 t. *Analógia y Sintaxis*, 116, 56. — Michaël Antonius Carus, *La canción a las ruinas de Itálica, del Lic. R. Caro*, 116, 56. — TEXTOS PALAESTRA: P. V. Zuluaga C. M. F., *Horati Carmina Selecta*; P. M. Ramos C. M. F., *C. Nepotis Vitae*, R. Samiento C. M. F., *Martialis Epigrammata*, 116, 56 — Batlle Huguet Pbro., *Epigrafía Latina*, 117, 84. — Basabe S. J., *La gran Meseta Oratoria del Pro Corona*, 117, 85. — Ed. Vives *Lengua Latina, Trad I y II c. Clave de la Trad.*, 117, 85. — Basabe S. J., *Quandoque bonus dormitat Homerus. El Canto XIII de la Ilíada*, 117, 85. — H. P. Müller, *L'Époque Mérovingienne*, 117, 85. — E. Vagué, *Foissart*, 118, 111. — E. Valentí, *Lucrecio*, 118, 111. — L. Deveaubais, *Cours de Langue Latine*, 118, 111-112. — F. Frutos Cortés, *Calderón de La Barca*, 118, 112. — J. M. Rivas Saccoccia, *El Latin en Colombia*, 118, 112. — J. M. García López, *Baltasar Gracián*, 118, 113. — TEXTOS E. P.: *Lengua Latina 1-7 cursos. 4. vol.*, 118, 113. — EDI IONES HELVETICAE: *Cicero, Operum Philosophicorum Excerpta; Lucretius Carus de rerum natura*, 118, 113. — Samuel Gili y Gaya, *Curso Superior de Sintaxis Esp.*, 118, 114. — Pte Du Bourguet, *Le Latin - Comment l'enseigner aujourd'hui*, 114. — J. Guillén Pbro., *Composición y trad. I, II, III*, 114-15. — C. E. Mesa C. M. F., *De mi lámpara tenue*, 118, 114. — M. Lavarenne, *Prudence. Cathemerinon*, 114, 16. — N. Mari-

none, *Elio Donato, Macrobio e Servio commentatori di Vergilio*, 114, 16. — M. Niederman, *Aulularia, Menaechnii, Mostellaria*, 117, 86. — R. Bloch, *Les Origines de Rome*, 118, 114. — J. Humbert - H. Bergutin, *Histoire Illustrée de la Littérature grecque*, 114, 15. — Tovar A., *Aristóteles. La Constitución de Atenas*, 116, 57. — La Liberté. *Vocabulaire pratique Grec-Français*, 115, 39. — A. Tovar, *Luciano*, 117, 86.

1950. — J. M. Mir C. M. F., *Nova et Vetera*, 119, 133. — Spes, *Diccionario ilustrado latino-español y español-latino*, 122, 189. — Planque, *Gramática Griega, traducida por A. Planas C. M. F.*, 122, 190. — Textos E. P., *Diccionario griego español*, 119, 121. — Crisóstomo Eseverri, *Vocabulario griego, raíces y sufijos*, 119, 134. — Ferreres Mondrúa, *Compendium Theologiae Moralis*, 119, 134. — Michel Lejeune, *La posición del latín en el dominio indo-europeo*, 121, 171. — M. Lavarenne, *Initiation à la métrique et à la prosodie latine*, 121, 171. — Publ. Cristiandad, *Hacia el IV Año Jubilar*, 122, 190. — Marouzeau, *L'ordre des mots...*, 124, 213. — G. Guillaume, *L'Architectonique du temps...*, 124, 213. — A. Pariente, *Estudios de fonética y m. lat.*, 124, 213. — P. C. Tacitus, *Annales*, 124, 214. — B. Terracini, *Guida allo studio della Ling. storica*, 124, 214.

## Nova et Vetera

1949. — MIR. — *Magnum receptaculum. Taberna universalis mercium.* — Crepundia, 114, 7; 115, 28. — Romanorum Vehicula, 116, 49. — Vehicula hodiernae, 118, 82; 118, 108.

1950. — MIR — *Vehicula hodierna*, 119, 128. — Schola Romana, 120, 152. — Ludus litterarius - Schola hodierna, 121, 172. — De domo Romana, 122, 192. — Villa hodierna, 124, 210.

## Historica

1949. — Annus Claretianus Arridet. Ad Nemorensem Lacum iter, 115, 35. — De Congregationis Claretianae per orbem propagationem, 117, 64. — Auspicatum Romani Pontificis documentum,

118, 91. — Dilecto Filio Petro Schweiger,  
118, 92. — Rdmus. P. Petrus Schweiger,  
C. M. F., 118, 94. — Curriculum Salmanticense alterum, 118, 99. — Ad gloriam Beatissimae Trinitatis..., 118, 101.

**1950.** — Sanctus Ant M.<sup>a</sup> Claret, 121, 159

#### Litterae

**1949.** — SARMIENTO. — Quid de morte senserint classici scriptores, 114, 4; 115, 24.

AVENARIUS. — Errare humanum est, 114, 12; Pro M. Tullio Cicerone peroratio, 116, 43; 117, 69; 118, 103.

**1950.** — AVENARIUS. — Pro M. T. C. peroratio, 120, 150.

#### Per orbem

**1949.** — MOLINA. — Societas et Commentarius Studiorum Latinorum, 115, 34.

BASABE. — Perficit, 117, 81.

**1950.** — MAULEÓN, 119, 131.

MESA. — De Instituto Caro et C., 119,

TRISRANIUS, 122, 191.

#### Philologica

**1949.** — E. ORTH. — Ad Lucretium III, 58 (Diels), 115, 23. — Lucretiana, 116, 45; 117, 72; 118, 96.

**1950.** — ORTH. — Lucretiana, 119, 122; 121, 160; 122, 180; 124, 208.

#### Commercium Epistulare

**1949.** — Mir - Avenula - Mir, 114, 10. — González-Mir, 115, 27; 117, 77. — Mir - Avenula-Mir, 118, 106.

**1950.** — González-Mir, 120, 146. — Avenula, 121, 164; 122, 182; 124, 205; Avenarius-Mir, 121, 169. — Mir, 122, 185. — Avenula-Mir, 122, 185; 124, 206.

#### Grammatica

**1949.** — REGODÓN. — Acento griego, 116, 52.

JIMÉNEZ. — De «cum» conjunctivi natura, 117, 67.

**1950.** — SARMIENTO. — De Infinitivo futuro passivo, 119, 119.

JIMÉNEZ. — De «cum» conjunctivi natura, 120, 139; 124, 199.

GONZÁLEZ — De vocabulis conjunctim sumptis vel de propositione, 120, 143; 121, 162. — Scilicet ac videlicet, 122, 179.

#### Poetica

**1949.** — LUCESOLE. — Ave, María!, 114, 14.

MAULEÓN — Symposiacon, 114, 17. — Carmen Saeculare, 117, 74.

VÁZQUEZ. — Iliadis I, 115, 32; 116, 48.

LASERNA. — Pio Papae XII Pont. Max., 117, 76.

SARMIENTO. — Carmen Saeculare, 118, 102.

**1950.** — VÁZQUEZ. — Iliadis, 119, 124; 120, 148.

CHAMORRO. — Himno a Apolo y Diana, 120, 138.

LUCESOLE. — Novum Aevum Cordis Mariae, 121, 167.

A. DAVID. — Tabulae Minimae, 122, 184.

SARMIENTO. — Audite, Romae compita personantl, 124, 198.

#### Compositiones vertendae

**1949.** — Terencio, 114, 19; 116, 42; 117, 62; 118, 115. — Leonardo de Vinci, 114, 19. — La conservación de los cadáveres entre los antiguos, 115, 40. — El avaro en los infiernos, 116, 42; 118, 115.

**1950.** — Terencio, 119, 135. — Cicerón, 121, 175; 122, 195. — Aguda respuesta de Dante, 121, 175. — Catón el viejo y Cartago, 122, 195.

#### Curiosa et jocosa

**1949.** — Sala y Sacristán, Mauleón, 114, 20; 116, 60; 117, 88; 118, 116. — Romanicus et Palaestricus, 117, 88.

**1950.** — Mauleón, 121, 176; 122, 196. — Visio S. Bernardi Abbatis, 122, 196.

#### Exercitationes Scholares

**1949** — Verde, Ballarín, Tejedor, Sierra, Orge, Lozano, 116, 59. — Martínez, Gutiérrez, 118, 90.

**1950.** — Marcos, Villa, 119, 118. — M. R., Martínez, 120, 155. — Garde, Lage, Martínez, Gutiérrez, 121, 158. — Dorado, Hernández, Cardo, Brasero, Marcos, 122, 178.

#### Proverbia

117, 80.